

Band II., Nr. 389, Seite 156

Kaiser Friedrich (I.) bestätigt der Kirche in Ellwangen ihre Rechte an dem Virgundawald unter ausgedrückten näheren Bestimmungen.

Schwäbisch Gmünd, 1168. September 29.

(Chr.) In nomine sanctę et individue trinitatis. Fredericus, dei gratia Romanorum imperator semper augustus. Magnificentię imperialis est, deliberatissima discretione tranquillum ꝛclesiarum dei statum ordinare, quatinus patre misericordiarum et domino prosperante, pax earum iugis maneat et perpetua, et nobis inde merces et retributio deputetur ęterna. Eapropter notum esse volumus imperii nostri fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod secundum statuta et attestationem antiquorum privilegiorum, quę ab antecessoribus nostris orthodoxis, tam regibus quam imperatoribus, divinę remunerationis intuitu collata sunt, nos Elwacensi ꝛclesię silvam quę Virgunda nuncupatur, cum omni iure et usu venationis, piscationis, apum investigationis, cesurę lignorum et extirpationis, imperiali auctoritate concessam et donatam, confirmasse, eo videlicet conditionis tenore: ut dilectissimus filius noster, dux Sweuie Friedericus, eiusque successores, qui idem beneficium ab abbate memoratę ꝛclesię obtinuerint, in venationibus et extirpationibus ius defensionis obtineant, et nemo in predicta silva, absque concessione memorati ducis Sweuie, venari audeat, preter abbatem, qui ibi preter concessionem ducis ius venationis habet. Si autem ipse dux, vel aliquis permissione ipsius, eandem silvam extirpationibus, vel alio aliquo modo devastare voluerit, seu devastantes cohibere neglexerit, ipse dux coram abbate prememoratę ꝛclesię secundum iusticiam satisfactorius astare debet. Ut autem huius concessionis seu traditionis confirmatio stabilis in perpetuum et inviolata permaneat, presentem paginam sigilli nostri impressione muniri, signique imperialis attestatione corroborari iussimus.

 Signum domni Frederici, Romanorum imperatoris invictissimi. (*Monogramm*).^a

 Ego Heinricus, curię cancellarius, vice Christiani, Moguntinę sedis archiępiscopi et archicancellarii, recognovi.

 Datum apud Mundam¹, III. kalendas Octobris. Acta sunt autem hec anno dominicę incarnationis MCLXVIII., indictione prima, feliciter. Amen.

^aSteht in der Mitte der Urkunde mit untergesetztem O, dessen oberer Bogen von einem senkrecht stehen I durchschnitten ist.

¹Der Ausstellungsort *Munda* ist *Gmünd* in Württemberg, vgl. Stälin: Württembergische Geschichte.



Der Textabdruck folgt dem Original.

 Das in gewöhnlichem Wachs unterhalb des Textes aufgedrückte, runde Majestätssiegel ist nur noch in Bruchstücken vorhanden. Der Rest der Umschrift lautet: ...EDERICUS. DEI.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 51 U 12

Editionen:

LUDWIG FRIEDRICH HEYD: Geschichte der Grafen von Gröningen größtentheils nach Archival-Urkunden untersucht und dargestellt, Stuttgart 1829, S. XI (Auszug zu Nov. 29). MGH DD F I, Teil 3, S. 8 f., Nr. 547.

Regesten:

KARL FRIEDRICH STUMPF-BRENTANO: Die Reichskanzler vornehmlich des 10., 11. und 12. Jahrhunderts, nebst einem Beitrage zu den Regesten und zur Kritik der Kaiserurkunden dieser Zeit, 2 Bde., Innsbruck 1865-83. [Bd. 2: Die Kaiserurkunden des X., XI. und XI. , Bd. 2, Nr. 4097. Regesta Imperii Abt. 4, Bd. 2,3, S. 12, Nr. 1809.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Schwäbisch Gmünd

Ortsindex:

Ellwangen (Jagst) Wohnplatz (4362)
 Ellwangen (Jagst), AA
 Mainz, MZ
 Schwäbisch Gmünd Wohnplatz (4879)
 Schwäbisch Gmünd, AA